



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

70. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare omnia vota
quæ Episcopus commutare potest? Idem dicendum est de Iubilæo. Et an
doctrina hujus resolutionis procedat, quando Episcopus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

De Bulla Cruciatæ. Res. LXX.&c.

101

quibus ego addo Homobonum de exam. Eccl. p. i. tr. 5. cap. 4. q. 40. Villalob. in sum. tom. i. tract. 26. claus. 9. §. 5. & Suan. de relig. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 4. quia in textu Bullæ Cruciatæ non dicitur: *Vt auditio Confessionibus, communatio votorum efficiatur.* Ergo &c.

3. Et haec doctrina procedit etiam; quando dicta communatio efficeretur per priuilegium regularium, vel aliquod jubileum. Ita Naldus in *summa*, verb. *Indulg.* n. 8. Henriquez & Sanchez, *vbi supra*, quidquid in contrarium afferat Sayrus in clau. lib. 6. c. 11. n. 10. Beja. part. 2. cas. 1. *Peregrinus in compendio nostrorum priuilei. part. 1. tit. commut.* §. 3. Sanctarellus tract. de libil. cap. 8. dub. 8. & alij penes ipsos.

RESOL. LXX.

An Confessarius vi tute Bullæ Cruciatæ possit commutare omnia vota, que Episcopus commutare potest?

Iam dicendum est de I. bilo.

Et in doctrina huius Resolutionis procedat, quando Episcopus dispensat, ut Episcopus tantum, non autem quando dispensat, ut Sedis Apostolica delegatus. quia in tali casu Confessarius virtute Cruciatæ non possit ideo votum commutare, ut quando dispensaret in his, vnu ratione solius necessitatibus: Ex part. 1. tract. 11. Ref. 56.

4. Hæc quæstio multum conductit ad resolutio- nem multorum casuum quos *vbi supra*, deter- minamus & infra examinandi sunt: idèo respondeo affirmatiuè cum Bonacina de legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 6. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 5. 4. num. 19 & de mar. tom. 3. lib. 8. disp. 15. num. 5. quem nouissime sequitur Sanctarell. de libil. cap. 9. dub. 1. & alij; & ita dicendum est de Jubilo: ex quibus patebit resolutio multorum casuum.

4. Notandum est tamen, supradictam sententiam procedere, quando Episcopus dispensat, ut Episcopus non autem quando dispensat, ut Sedis Apostolica delegatus; ut ex multis notauit noster P. Leone in tract. de libil. part. 2. quæf. 1. scđ. 2. num. 7. & Bar- bolla de pœf. Episcop. part. 2. alleg. 7. num. 14. qui citat Rodriguez, & Suarez: nam in tali casu Confessarius non possit tale votum commutare per Cruciatam, si cum quando Episcopus dispensaret in his votis ratio- ne solius necessitatibus, ut obseruat Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 40. num. 9.

RESOL. LXXI.

Quoniam vota possit Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ commutare: Ex part. 1. tract. 11. Ref. 68.

5. Respondeo omnia præter votum castitatis, Religionis, & vota transmarina: & idèo potest commutare votum eundi Romanum, aut Compostellam, peregrinandi gratia, quod votum vulgo dicitur, di- 3. Giacomo de Galicia. Et ratio est: quia in Bulla illa vota exceptuantur: ergo, &c. Et ita notat Fernandez in Theol. mor. p. i. c. 9. scđ. 2. §. 1. n. 7. Villalob. in sum. tom. i. tract. 27. claus. 9. §. 5. n. 43. qui citat Rodriguez.

RESOL. LXXII.

An Confessarius peccet, si si sine causa nolit virtute Cruciatæ commutare vota paenitentis?

Et an etiam Regulares peccent, si nolent virtute suorum priuilegiorum vota paenitentis commutare? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 44. Tom. IV.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, cum Sanchez in sum. Sup. hoc in tom. 1. lib. 4. cap. 5. 4. num. 12. qui citat aquilios tom. 3. tr. 11. alios quibus ego addo Bartolom. à S. Fausto in thes. res. 16. per lig. lib. 4. q. 53. & Homobonum de exam. Eccl. pars. 1. tract. 5. cap. 6. quæf. 40. Et ratio est: quia cum Confessarius per Bullam Cruciatæ sit Index delegatus in paenitentis fauorem, tenetur ius ex privilegio illo sibi concilium tribuere, sicut Episcopus dicitur infidelis in cap. quanto, 2. quæf. 5. si dñeget dispensationem subditio petenti ex iusta causa.

2. Notandum est vero, quod regulares non pecca- sup. hoc in rent, si nolent virtute suorum priuilegiorum vota paenitentis commutare. Et ratio est: quia non astringuntur præterita, ut suo privilegio. Ita Sanchez *vbi supra*, cum aliis; licet non minus probabilitate contrarium afferat Hen- riq. lib. 7. cap. 8. n. 2. cum aliis quos sequitur Faustus, *vbi supra* quæf. 5. 4. addens, in fine questionis, Confessarios in utroque casu peccare ad minus venialiter,

RESOL. LXXIII.

An Confessarius possit commutare vota post Bullam suscep- ptam emissa? Ex part. 1. tr. 11. Ref. 50.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, quidquid dicat Sotus sup. hoc sup. cum Fernández in exam. Theol. mor. p. i. cap. 9. in Ref. 49. scđ. 2. §. 17. num. 4. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. scđ. 1. in fin. & claus. 9. §. 3. n. 40. qui citat Nauarrum, Cordubam, & rom. 3. tr. 2. Azorium. Sed mecum sentit Ledesma in sum. tom. 2. Refolut. 7. 2. tract. 1. c. 4. dub. 5. & Acosta in Bull. q. 7. Et ratio est: §. vlt. quia fauores sunt ampliandi: & quando Summus Pontifex in Bulla concedit priuilegium commutandi vota, non illud restringit, aut limitat: ergo neque nos restringere: aut limitare debemus. Et Henr. in sum. lib. 6. cap. 1. 6. num. 3. in Glosa l. N. afferit ita etiam sensisse omnes Doctores Salmantenses, & opinionem Sori falsam etiam ibi vocat. Vide etiam Malderum in 2. tract. 10. cap. 5. dub. 11.

RESOL. LXXIV.

An Confessarius in fine anni possit differre commutatio- nem voti, etiam si annus Cruciatæ transcat, si velit ma- turius considerare per voti commutationem dicendo paenitentem, commuto tibi votum in id, quod ego, vel alias postea existimat commutandum?

Et in tali casu, an paenitentem peccet, si illud votum violauerit antequam Confessarius materiam subrogandam prescribat? Ex p. i. tract. 11. Ref. 52.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Suarez de relig. Sup. hoc quanvis p. o. lib. 6. cap. 11. n. 15. Sanchez in sum. tom. 4. lib. 4. c. 5. 4. n. 31. 32. & 39. qui rationem adducit: quia iam acceptit potestatem, & inchoauit causam, & vt dicam, concessit commutationem tempore habili: quod satis est, ut possit postea illud commutare.

2. Notandum est vero in gratiam Confessario- rum, quod in tali casu, nec peccat paenitens, si antequam Confessarius, vel alius vir materiam subrogandam prescribat, votum illud violauerit. Et ita docet Sanchez *vbi supra*, cui ego addo Lessium lib. 2. cap. 40. dub. 26. num. 109. quidquid in contrarium afferat Rodriguez in expos. notar. Bull. §. 9. n. m. 1. 5. Et ratio est: quia obligatio illius voti iam est extinta, & translatæ in aliam materiam in genere, quam paenitens acceptauit; & idem implicitè voluit id, quod Confessarius, vel alius vir prescripturus est, ac idem ante talem prescriptionem votum non obligabit.

libil. tan- tum inf. in tr. 4. ex Re- f. 60. lego doct. §. vlt. ad med. vers. Ex nunc.

13 RESOL.